


Occasionalia VI-179.
potissimum carmina
vol. Fafe. 19. ~~179~~

Centuria ~~quatuor~~ quinque.

Unq



VI-179.

SERENISSIMUM AC POTENTISSIMUM
PRINCIPEM AC DOMINUM

DN. FRIDERI-
CUM III.

MARCHIONEM BRANDEN-
BURGICUM S. R. J. ARCHICA-
MERARIUM ET ELECTOREM, DUCEM
PRUSSIAE SUPREMUM, MAGDEBURGI, JULIAE,
CLIVIAE, MONTIUM, STETINI, CASSUBIORUM,
VANDALORUM ITEM IN SILESIA CRO-
SNÆ ET SVIBUSII;

BURGGRAVIUM NORIBER-
GENSEM, PRINCIPEM HALBERSTADII,
MINDÆ ET CAMINI, COMITEM HOHENZOL-
LERÆ, MARCÆ ET RAVENSBERGI, DOMI-
NUM IN RAVENSTEIN LAUENBURG ET BUTOV,
ETC. ETC. ETC.

PIUM, FORTEM, AUGUSTUM,

ATQVE

EXCELLENTISSIMAM CON-
JUGEM EJUS,

CUM AD

ELECTORIS SAXONIS
NUPTIARUM SOLENNIA

AUSPICATO CONCEDERENT,
VOTIS PLAUSIBUSQVE
EXCEPIT

ACADEMIA WITTENBERGENSIS,

INTERPRETE

J. G. NEUMANNO, P. P.

ET BIBLIOTHECARIO.



Praelo VIDUAE MATTHAEI HENCKELII, Acad. Typogr.
A. c 1792 XCII.



Post litui strepitus, dirique tonitrua
belli
Et fremitus equitum, lateque vi-
brantia Martis

Fulmina; post luctus funestas undique pompas;
Qvis Deus Albiacum tam fausto sidere Pindum
Occupat, & peplos, feralia pondera, nobis
Exiit, atque novam felici foedere Matrem
His iterum terris fatò plaudente reducit?

ALBIS & exsiluit, nec priscis flumina strinxit
Legibus, augustas transcendit fluctibus oras,
Gestit & SPREVAE latis se mergere ripis,
Basia tum figens bibulus Pater, ora resolvit:
Te Superi FRIDERICE juvent! qui littora rivis
Tuta meis reddis; rutilus Tibi militet aether,
Ac validos seclis trudat melioribus annos!
En Natura Tibi Venienti advolvitur ipsa;
Dum vernant flores, crescunt felicius herbae,
Et quas Terra parit, frondes tiliaeque salaces

Luxu-

Luxuriant iterum; langventes vertice quercus
Annosos jactant apices. Tibi sidera rident,
Et conjuratus venit ad molimen Olympus.
Phoebus in occursum properat, BRENNUMq;
salutat,

Et jam Trajanos iterum, jam vivere credit
Augustos, utroq;ve pares; seu visere turmas
Castrensesq;ve operas rigido disponere jussu
Atq;ve acies formare parent: seu fana Minervæ
Splendida Cecropiæ subeant: Tibi tota penates
Cyrria suos sacrumq; favens Heliconâ recludit,
Et Parnasseos aditus Thymbræus Apollo.
Nunc placidô Te fonte veham; non turbo nec
æstus

Præcipites reddent undas: sed murmure dulci
Percipies gratos philomelas edere cantus.
Juvit & Harmonicas pridem audivisse Camœnas,
Ædibus inq;ve sacris attentum visere coetum,
Ac summô celsis exemplô surgere rostris.
Tu Divis PATER ALME places; Te MAXIME
PRINCEPS,

Purior orbis amat; Sala Visurgisq;ve sonorus
Ac Viadrus Tibi vota fremunt; quin ipse triden-
tem

Neptunus cedit, magniq;ve tropæa profundi
Mancipat: & solus videar nunc decolor amnis

Impu-


Impurusq̄ve Tibi? plano Tua corpora lembo
Credere quid renuis? transi vada ponte revincta
Et tutos Tibi carpe gradus. Hic Collis avitas
Gratus adhuc PRIMIFRIDERICI sentit ha-
benas,

Has qui Leucoreasqvondam compescuit undas
Addixitq̄ve sibi. Redit en nova flammula
BRENNI

In nostræ vicina plagæ; sedet abditus Ignis
In priscos abiturus Avos, tantâq̄ve futurum
Nunc de Stirpe jubet mundum sperare Nepotes.

Sic ubi fatus erat, totâ jam doctior urbe
Auditur passim strepitus, Sophiæq̄ve susurris
Aönidum delubra sonant: supremaq̄ve votis
Omnes assiduis urgent fastigia Sceptri;
Sed radunt vix ima Tui. Non thure penates,
Sed Tibi farre litant: delectant pura Tonantem,
Parva licet. Te fama vehet, Tua, Splendide re-
rum

Arbiter, externæ cantabunt Nomina gentes,
Marchia nec totum capiet. Te dividis illi
Saxoniæq̄ve meæ. Fasces ibi ferre Serenos:
Hic prodesse cupis: sic summis Æmule Divis,
Mitia Leucoreis donabis tempora Musis.



ULB Halle 3
004 527 771



f

TA → OL

Nur M, 27, 28 verknüpft

VD 18

VD 18
VD 17





SERENISSIMUM AC POTENTISSIMUM
PRINCIPEM AC DOMINUM

DN. FRIDERI-
CUM III.

MARCHIONEM BRANDEN-
BURGICUM S. R. J. ARCHICA-
MERARIUM ET ELECTOREM, DUCEM
PRUSSIAE SUPREMUM, MAGDEBURGI, JULIAE,
CLIVIAE, MONTIUM, STETINI, CASSUBIORUM,
VANDALORUM ITEM IN SILESIA CRO-
SNÆ ET SVIBUSII;

BURGGRAVIUM NORIBER-
GENSEM, PRINCIPEM HALBERSTADII,
MINDÆ ET CAMINI, COMITEM HOHENZOL-
LERÆ, MARCÆ ET RAVENSBERGI, DOMI-
NUM IN RAVENSTEIN LAUENBURG ET BUTOV,
ETC. ETC. ETC.

PIUM, FORTEM, AUGUSTUM,

ATQVE

EXCELLENTISSIMAM CON-
JUGEM EJUS,

CUM AD

ELECTORIS SAXONIS
NUPTIARUM SOLENNIA

AUSPICATO CONCEDERENT,
VOTIS PLAUSIBUSQVE
EXCEPIT

ACADEMIA WITTENBERGENSIS,

INTERPRETE

J. G. NEUMANNO, P. P.

ET BIBLIOTHECARIO.



Praelo VIDUAE MATTHAEI HENCKELII, Acad. Typogr.

A. c 1 7 3 c X C I I.

concipiunt opinionem
animum ornatum doctrinā
esse regi populum absq; do-
bris doctorum hominum,
ERGA debitum nuncupat
bus vim suam atque Virtu-

